



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

Quos bonos usus diuini nominis praecipit?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

minis. Ergo è regione querendum est, quos bonos usus præcipiat.

### Quos bonos usus diuini nominis præcipit?

**S**ex, uidelicet inuocationem, gratiarum actionem, glorificationem, confessionem, doctrinam, fidem iurisiurandi. Inuocatio oritur ex fide, quia enim credimus quòd sit **D**eus, quòd exaudiat, quòd uelit saluare, ideo inuocandus est. **D**iscamus igitur hoc loco præceptum **D**eï esse, ut inuocemus & oremus ipsum. **E**t hunc cultum inter summos esse quem soli piij præstant.

### Quomodo fit hoc præceptum?

**N**on potest fieri sine agnitione **C**hristi, quia in inuocatione obstrepat nobis indignitas nostra, & conscientia agnoscens peccata sua, non audet sperare & petere bona à **D**eo. **I**deo necesse est scire quòd propter **C**hristum pater sit propicius, & ignoscat nobis, quòd propter ipsum certo exaudiamur, et quòd ipse sit pontifex, qui interpellat pro nobis, et nostras preces offert patri. **H**æc fides in **C**hristum in oratione addenda est, ita et hinc uidemus legem non fieri sine **C**hristo.

**G**ratiarum actio est externa professio, que etiam oritur ex primo præcepto. **N**am supra præcipitur

**B** 4                      **c**ipitur